

AÑO 33. Miércoles 15 de Diciembre de 1886. N.<sup>o</sup> 26.

---

+

## BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL OBISPADO DE

# SALAMANCA.

---

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E X I I I

EPISTOLA ENCYCLICA

AD EPISCOPOS HUNGARIE.

(CONTINUACIÓN).

Hæc quidem reputans, iucundo lætitiae sensu move-  
tur animus; Vobisque, Venerabiles Fratres, et populo  
Hungarico meritam recte factis laudem libentes per-  
solvimus.—Sed silere tamen non possumus, quod la-  
tet sane neminem, quam sint passim infensa virtut  
tempora, quot oppugnetur Ecclesia artibus, quam in  
tot periculis metuendum, ne fides labefacta ibi etiam  
languescat, ubi maxime firma et altissimis est defixa  
radicibus. Satis est meminisse funestissimum illud  
malorum principium, *rationalismi* et *naturalismi* pla-

cita in omnes partes libere disseminata. Accedunt innumerabiles corruptelarum illecebræ: potestatis publicæ ab Ecclesia aut aversa voluntas aut aperta defectio; sectarum clandestinarum perniciax audacia; inventutis nullo ad Deum respectu instituendæ inita passim ratio.—Atqui si unquam alias, profecto hoc tempore videre omninoque sentire homines oporteret quanta sit religionis catholicæ ad tranquillitatem salutemque publicam non opportunitas solum, sed plane necessitas. Quotidianis enim experimentis constat, quo tandem respublicas impellere moliantur ii, qui nullius vereri auctoritatem, nec frenos cupiditatum suarum ullos perferre assueverunt. Scilicet quid spectent, quibus nitantur artibus, qua pertinacia contendant, nemini iam obscurum esse potest. Imperia maxima, respublicæ florentissimæ dimicare prope in singulas horas coguntur cum eiusmodi hominum gregibus, consiliorum societate et agendorum similitudine invicem coniunctis, unde periculum aliquod securitati publicæ semper impendet. Contra tantam rerum malarum audaciam saluberrimo consilio alicubi perfectum est, ut auctoritas magistratum et vis armaretur legum. Verumtamen ad prohibendos *socialismi* terrores una est ratio optima maximeque efficax, qua sublata, parum ad deterendum valet pœniarum metus, quæ in eo consistit, ut ad religionem penitus informentur cives, verecundiaque et amore Ecclesiæ teneantur. Est enim religionis sanctissima custos, et innocentiae morum omniumque virtutum, quæ a religione sponte proficiuntur, parens educatrixque Ecclesia. Quicumque religiose integreque præcepta sequuntur Evangelii, hoc ipso longe a *socialismi* suspicione abesse necesse est.

Iubet enim religio, uti Deum colere ac metuere, ita subesse atque obtemperare potestati legitimæ; vetat quidpiam seditiose facere: vult salvas suas cuique res, salva iura: qui maiores opes habent, eos inopi multititudini benigne subvenire. Egenos prosequitur omni caritatis numero, calamitosos suavissima consolacione perfundit, spe proposita bonorum maximorum et immortalium, quæ tanto futura sunt ampliora, quanto aut gravius homo laboraverit aut diutius.—Quamobrem qui civitatibus præsunt, nihil sunt aut sapientius aut opportunius acturi, quam si religionem sciverint, nulla re impediente, influere in animos multitudinis, eosque ad honestatem infegritatemque morum præceptis suis revocare. Ecclesiæ diffidere, eamve suspectam habere, primum est aperte iniustum, deinde, præter inimicos disciplinæ civilis cupidosque rerum everteendarum, prodest nemini.

Ingentes motus civicos, turbasque formidolosas, quibus est alibi civitatum tremefacta quies, Hungaria quidem, Dei beneficio, non vidit. Sed instantia pericula Nos pariter ac Vos, Venerabiles Fratres, omnino iubent attendere animum ad cavendum, et maiore in dies studio eniti, ut istic floreat vigeatque religionis nomen, suusque institutis christianis honos permaneat. —Hac de causa illud in primis optandum, ut Ecclesia toto regno Hungarico plena atque integra libertate fruatur, quali fruebatur alias, nec nisi ad communem utilitatem uti consuevit. Nobis profecto maxime est in votis; ut ea e legibus tollantur, quæ cum iuribus Ecclesiæ discrepant, et eius facultatem agendi minuunt, et professioni catholici nominis officiunt. Id ut imperaretur, Nobis Vobisque, quoad per leges licet, constan-

ter elaborandum, quemadmodum tot iam clari viri hoc eodem proposito elaboraverunt. Interea, quamdiu sunt illa, de quibus loquimur, legum iussa mansura, vestrum est conari ut saluti quam minime noceant, admonitis diligenter civibus, quæ sua sint in hoc genere officia singulorum. Aliquot indicabimus capita, quæ perniciosora ceteris videntur esse.

Sic, veram amplecti religionem maximum officium est, quod nulla hominum, ætate potest esse circumscriptum. *Nulla Dei regno infirma ætas.* Ut illud quisque novit, ita debet sine ulla cunctatione efficere: ex efficiendi autem voluntate ius unicuique sanctissimum gignitur, quod violari sine summa iniuria non potest. Simili de causa, eorum, qui curam gerant animarum, verissimum idemque permagnum officium est in Ecclesiam cooptare, quotquot matura ad iudicandum ætate, ut cooptentur, petant. Quamobrem si animarum curatores alterutrum malle cogantur, necesse est eos humanarum legum severitatem potius subire, quam vindicis Dei laccessere.

Ad societatem coniugalem quod attinet, date operam, Venerabiles Fratres, ut alte descendat in animos doctrina catholica de sanctitate, unitate, perpetuitate matrimonii: ut sœpe in memoriam populi revocetur, coniugia christianorum soli potestati ecclesiasticæ, suapte natura, subesse: quid Ecclesia sentiat et doceat de eo quod *matrimonium civile* vocant: qua mente, quo animo catholicos homines istiusmodi parere legi oporteat: non licere catholicis, idque maximis de caussis, nuptias cum christianis coniungere a professione catholica alienis, quique id facere, non ex auctoritate indulgentiae Ecclesiæ ausint, eos in Deum, in Ecclesiam

ipsam peccare. Cumque hæc res tantis sit, quanti videtis esse, universi, ad quos ea cura spectat, quantum possunt, diligentissime provideant, ut ab eiusmodi præceptis nemo ulla ratione discedat. Eo vel magis quod, si alia in re, certe in hac, de qua dicimus, obtemperatio Ecclesiæ cum salute reipublicæ necessariis quibusdam est nexa et iugata vinclis. Etenim principia, ac velut elementa optima vitæ civilis societas domestica nutricatur et continet: proptereaque hinc pendet magnam partem pacatus et prosperus civitatis status. Atqui talis domestica societas est, qualis exitu matrimoniorum efficitur: nec bene evenire matrimonia queunt, nisi Deo moderante et Ecclesia. His demotum conditionibus maritale coniugium, in servitutem redactum variarum libidinum, contra Dei voluntatem initum, itaque adiumentis despoliatum cœlestibus iisque pernecessariis, sublatâ etiam communione vitæ in eo, quod hominum interest maxime, id est in religione, fructus acerbissimos gignat necesse est, ad extremam familiarum civitatumque perniciem. Quamobrem bene, nec solum de religione, sed etiam de patria meruisse iudicandi sunt catholici viri, qui abhinc duobus annis cum Cœtus legumlatorum Hungariæ rogarentur, vellent iuberent rata esse christianorum cum hebræis matrimonia, eam rogationem concordibus animis et libera voce repudiarunt, et ut antiqua lex de coniugiis probaretur, perciberunt. Quorum suffragiis ex omnibus Hungariæ partibus comitata est assentiens voluntas plurimorum, idem se et sentire et probare luculentis testimoniis confirmantium. Similis consensus et par animi constantia adhibetur, quotiescumque pro re catholica dimicatio sit: iam erit

consecutura victoria: minimum, experrectior et fructuosior futura vitæ actio, pulso languore excussaque desidia, qua christiani nominis inimici omnem catholicorum virtutem utique consopiri vellent.

Nec minor manabit in civitatem utilitas, si recte ac sapienter instituendæ iuuentuti vel a primis puerorum ætatulis consulatur. Is est temporum morumque cursus, ut nimis multi nimioque opere contendant vigilantia Ecclesiæ saluberrimaque religionis virtute prohibere deditam litteris adolescentiam. Adamantur atque expetuntur passim scholæ, quas appellant *neutra*s, *mixtas*, *laicales*, eo nimirum consilio ut alumni in summa sanctissimarum rerum ignoratione nullaque religionis cura adolescent. Eiusmodi malum quia et latius et majus est, quam remedia, propagari sobilem videmus bonorum animi incuriosam, religionis expertem, persæpe impiam. Tantam calamitatatem ad Hungaria vestra, Venerabiles Fratres, omni, quo potestis, studio et contentione defendite. Adolescentes vel a pueritia ad christianos mores christianamque sapientiam informari, non modo Ecclesiæ, sed etiam reipublicæ hodie tanti interest, ut pluris interesse non possit. Id iam plane intelligunt, quicumque recte sapiant: proptereaque catholicos homines multis locis magno numero videmus de fingendis probe pueris vehementer sollicitos, in eaque re præcipuam et constantem operam, nec sumptuum nec laborum magnitudine deterritos, collocare. Non absimili proposito multos quoque ex Hungaria novimus idem eniti et efficere: nihilominus sinite, Venerabiles Fratres, ut episcopale studium vestrum magis magisque incitemus.—Nos profecto, rei gravitati perspecta, cupere et

velle debemus, ut in publica adolescentium institutione integrum Ecclesiæ sit eas explere partes, quæ sibi sunt divinitus datæ; nec facere possumus quia Vos flagitemus, ut operam vestram hue studiose conferatis. Interea pergit etiam atque etiam patresfamilias monere, ne a liberis suis eos celebrari patientur discendi ludos, unde fidei christianæ iactura metuatur: simulque efficie, ut scholæ suppetant sanitatem institutionis et magistrorum probitatem commendabiles, quæ auctoritate vestra et Cleri vigilantia gubernentur. Quod non solum de scholis primordiorum, sed etiam de litterarum maiorumque disciplinarum intelligi volumus. Pia veterum liberalitate, maximeque regum et episcoporum vestrorum munificencia, domicilia scientiis litterarum tradendis plura et nobilia constituta sunt. Floret apud vos memoria et prædicatione gratæ posteritatis Cardinalis Pazmany. Archiepiscopus Strigoniensis, qui magnum Lyceum catholicum Budapestinum et condidit et censu amplissimo ditavit. Iamvero pulcrum est recordari, tantæ molis opus effectum ab eo *pura et sincera intentione religionis catholicæ promovendæ*, idemque a rege Ferdinando II confirmatum, *ut religionis catholice veritas, ubi vigebat, inconcussa persisteret, ubi labefactata fuerat, repararetur, cultus divinus ubique propagaretur*. Perspectum Nobis est, quam strenue constanterque curavistis ut istæ studiorum optimorum sedes, nihil mutata natura pristina, tales ese perseverent, quales ipsarum auctores esse voluerunt, hoc est *Instituta catholica*, quorum res familiaris, administratio, magisterium in potestate Ecclesiae et Episcoporum permanerent. Quam ad rem Vos magnopere hortamur nullam prætermitte-

re opportunitatem, omniaque periclitari, ut honestum ac nobile propositum omni ex parte consequamini. Consecuturi autem estis, spectata Regis Apostolici pietate, prudentiaque virorum qui reipublicæ præsunt: neque enim verisimile est passuros, ut, quod dissentientibus a catholico nomine communitatibus concessum est, id Ecclesiæ catholicæ denegetur.—Quod si ratio temporum postulabit, ut in hoc genere aut quædam instituantur nova, aut instituta augeantur, minime dubitamus quin patrum exempla renovare, religionemque imitari velitis. Immo allatum Nobis est cogitationem iam Vobis esse susceptam de oportuna palaestra formandis magistris optimis. **Saluberrimum consilium,** si quod aliud, dignum sapientia et virtute vestra: quod ut celeriter, Deo adiuvante, perficiatis, Nos profecto et cupimus et hortamur.

Verum ad salutem publicam si tantopere pertinet instituto adolescentium in universum, multo pertinet magis eorum, qui sacris iniciari volunt. Ad hoc quidem debetis, Venerabiles Fratres, nominatim attendere, in hoc maximam partem vigiliarum laborumque vestrorum consumere: sunt enim adolescentes clericis spes et velut incohata forma sacerdotum: in sacerdibus vero quantopere nitatur decus Ecclesiæ, et ipsa populorum aeterna salus, Vos plane cognoscitis.— Omnino in instituendis clericis sunt duae res necessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Ad eas humanitatis artes, quibus adolescentes aetas informari solet, adiungendae disciplinae sacrae et canonicae, cauto ut earum doctrina rerum sana sit, usquequaque incorrupta, cum Ecclesiae documentis penitus consentiens, hisque maxime tempo-

ribus, vi et ubertate praestans, *ut potens sit exhortari.... et eos, qui contradicunt arguere.*—Vitae sanctitas, qua dempta, inflat sciencia, non aedificat, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorūm, unde illa existit, quae efficit sacerdotes bonos, similitudo Iesu Christi, summi et eterni Sacerdotis. Huc sane spectant sacra Seminaria: Vosque, Venerabiles Fratres, non pauca habetis tum pueris ad clericatum praeparandis, tum clericis instituendis p̄aeclare fundata. In iis maxime evigilent curae et cogitationes vestrae: efficite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri praeficiantur, in quibus doctrinae sanitas cum innocencia morum conjunta sit, ut in re tanti momenti eis confidere iure optimo possitis. Rectores disciplinae, magistros pietatis eligitе prudentia, consilio rerum usu p̄ae ceteris commendatos: communisque vitae, ratio, auctoritate vestra, sic temperetur, ut non modo nihil unquam alumni offendant pietati contrarium, sed abundant adiumentis omnibus, quibus alitur pietas; aptisque exercitacionibus incitentur ad sacerdotalium virtutum quotidianos progressus. Ex industria diligenciaque in instituendis sacerdotibus posita fructus percipiatis summopore optabiles, munusque vestrum episcopale multo sentietis esse ad gerendum facilius, ad utilitatem uberius.

Sed ultra tendant paternae curae vestrae necesse est, scilicet ut presbyteros in ipsa munera sacrorum perfumccione comitentur. Sollerter et suaviter uti vestram decet charitatem, videte ne profanos spiritus unquam sumant, ne utilitatum suarum cupiditate, vel negotiorum saecularium cura ducantur: immo virtu-

tem et recte factis in exemplum excellant, de studio precandi nihil unquam remittendo, ad mysteria sanctissima caste audeundo. His erecti ac roborati praesidiis, quotidianos sacrorum munera labores ultro deposito-  
rum, studioseque, ut par est, in excolendis populo-  
rum animis versabuntur, maxime ministerio verbi et  
sacramentorum usu.—Eorum vero redintegrantis ani-  
mi viribus, quas continenter vigere infirmitas humana  
non patitur, nihil propemodum videtur aptius, quam  
quod est alibi in more positum, idque magno cum  
fructu ut secedant identidem ad statas animi medita-  
ciones, Deo sibique unice per id tempus vacaturi. Vobis autem. Venerabiles Fratres, in obeundis pro potestate Diocesisibus, sponte et percommoda sese dabit occasio cognoscendi ingenium et mores singulorum, pariterque videndi in re praesenti, qua potissimum ratione aut prohibere, aut sanare, siqua insederint, mala necesse sit. Atque ob eam caussam, ne vis ecclesiasticae disciplinae frangatur, adhibenda, ubi opus esse videbitur, ad sacrorum canonum normas iusta severitas: omnesque intelligent, cum sacerdotia, tum varios dignitatum gradus non esse nisi utilium curarum praemium oportere, proptereaque iis reservari, qui Ecclesiae servierint, qui in curanda animorum salute desudaverint, qui vitae integritate doctrinaque praestare iudicentur.

His ornato virtutibus Clero, non exiguum partem consultum erit et populo: qui, ut est amans Ecclesiae et religionis avitae perstudiosus, facile ac libenter sacerorum administris se dabit excolendum—Sed tamen nulla Vobis praetermittenda earum rerum est, quae ad intergritatem doctrinae catholicae in multitudine con-

servandam, disciplinamque Evangelicam factis, vita,  
 moribus retinēdam valere videantur. Date operam ut  
 frequenter sacrae expediciones in culturam animorum  
 suscipiantur: eisque praeficie viros probatae virtutis,  
 Iesu Christi spiritu animatos, caritate proximorum incensos.—Opinionum vel cavendis vel avellendis erro-  
 ribus, late in vulgus disseminentur salubriter scripta,  
 quae cum rerum veritate congruant, et ad virtutem  
 conducant. Hoc quidem tam laudabili frugiferoque  
 proposito aliquot iam societates scimus coaluisse, nec  
 frustra operam consumere. Eas igitur et augeri numero  
 et maiore in dies fructuum copia florere valde cupi-  
 mus.—Illud etiam volumus, excitari a Vobis univer-  
 sos, sed maxime qui doctrinam, qui censu, qui digni-  
 tate, qui potentia ceteris antecellunt, ut in omni vita,  
 tam privatim quam publice, impensis curent religio-  
 nis nomen. Ecclesiae caussam, ductu auspicioque  
 vestro, forcios agant, et quaequamque rei catholicae  
 prevehendae instituta sunt vel instituentur, adiuvare,  
 amplificare ne recusent.—Similiter resistere necesse  
 est fallacibus quibusdam opinionibus, ad tuendum su-  
 um cuiusque decus praepostere excogitatis, quae fidei  
 morumque christianorum praecepsis prorsus repug-  
 nant et multis perniciose flagitioseque factis aditum  
 patefaciunt.=Demum necessaria contencio est assi-  
 dua et vehemensadversus non honestas consociacio-  
 nes: quarum est antevertenda contagio rationibus  
 omnibus, iis nominatim, quas litterae Nostrae Encieli-  
 cae aliasindicavere. De qua re tanto a Vobis maiorem  
 curam adhiberi volumus, quantoplus istic numero, opi-  
 bus, potestate valent eius generis societates.

Haec habuimus, Venerabiles Fratres, quae Vobis,

urgente propositum caritate, perscriberemus: quae toti Hungarorum genti patres ad parendum voluntate acceptum iri confidimus.=Ut patres vestri de hoste tetrovmo magnifice ad Budam triumpharent, non bellica tantum fortitudine perfectum est, sed virtute religionis: quae quidem vobis, quemadmodum vim magnamque imperii auctoritatem initio peperit, ita domi prosperitatem, foris gloriam in posterum pollicetur. Ista quidem vel ornamenta vel commoda evenire vobis cupimus idemque precamur, opitulante magna Virgine Matre Dei, cui regnum Hungaricum consecratum est, a qua nomen etiam in venit: eademque de caussa opem suppliciter imploramus sancti Stephani, qui rempublicam vestram, omni a se beneficiorum genere ornatam et auctam, volens propitius, uti certa spes est, respiciet e caelis, firmissimoque patrocinio tuebitur.

Hac igitur spe freti, Vobis singulis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro universo, auspicem caelestium munerum et paternae benevolenciae Nostrae testem. Apostolicam benedictionem peramanter in Domino, impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii Augusti An. MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri Nono.

LEO PP. XIII.

## MIGUEL POR LA MISERICORDIA DIVINA,

*del título de los Santos Mártires Quirico y Julita de la Santa Romana Iglesia, Presbítero Cardenal Payá, Arzobispo de Toledo, Primado de las Españas, Patriarca de las Indias, Capellán Mayor de S. M., Vicario general de los Ejércitos y Armada, Canciller Mayor de Castilla, Caballero Gran Cruz de la Real y Distinguida Orden Española de Carlos III y de la Americana de Isabel la Católica, Senador del Reino, Comisario Apostólico General de la Santa Cruzada, etc. etc.*

A Vos, Venerable Hermano en Cristo Padre Excelentísimo é Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca, Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.

Por cuanto la Santidad de Pio IX, de feliz memoria, se dignó prorrogar con fecha cuatro de Diciembre de mil ochocientos setenta y siete, por el tiempo de doce años la Bula de la Santa Cruzada y por diez la del Indulto cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de las limosnas se había de destinar á las atenciones del culto divino, y de que los Sres. Obispos fuesen Administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas Diócesis.

Por tanto, dareis las disposiciones que creais convenientes, para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, á cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Así mismo dispondreis que los Sres. Curas Párrocos de vuestras Diócesis, hagan la predicación en el tiempo y forma

que sea de costumbre, y para que las personas que nombrareis para la expedición de los Sumarios y colectación de limosnas se arreglen á las instrucciones que les diéreis.

La limosna que está señalada por cada clase de Sumarios, es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que las tomaren, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio ó costumbre en contrario. Por la Bula de Ilustres, cuatro pesetas, cincuenta céntimos. Por la común de Vivos, setenta y cinco céntimos de peseta. Por la de Difuntos, setenta y cinco céntimos de peseta. Por la de Composición, una peseta, quince céntimos. Por la de Laticinios de primera clase, seis pesetas, setenta y cinco céntimos. Por la de segunda clase, dos pesetas, veinticinco céntimos. Por la de tercera, una peseta, quince céntimos. Por la de cuarta clase, cincuenta céntimos. Por la de Indulto Cuadragesimal de primera clase, nueve pesetas. Por la de segunda clase, tres pesetas. Por la de tercera clase, cincuenta céntimos.

Dado en Toledo á veinte de Noviembre de mil ochocientos ochenta y seis.—EL CARDENAL PAYÁ, Comisario Apostólico general de Cruzada.—Por mandado de su Emcia. Rdma., el Comisario general de la Santa Cruzada, *Manuel Calderón Sánchez*, Canónigo Secretario.

### CASAS RECTORALES.

Terminada, según noticias, en la mayor parte de los Arciprestazgos la inspección y tasación de desperfec-

tos por la Comisión Visitadora, se recomienda eficazmente á los Sres. Arciprestes que no hayan remitido á este Provisorato un extracto de las actas, lo verifiquen sin demora: advirtiéndoles que el extracto debe contener por lo menos los siguientes datos: importe de los desperfectos, renta señalada, y nombre del Párroco ó Ecónomo. Se puede añadir, por vía de observación, la responsabilidad ó irresponsabilidad que alcanza al Párroco actual, y con especialidad, la circunstancia, donde exista, de haber reparado el Párroco desperfectos de que no era responsable.

Salamanca 30 de Noviembre de 1886.—El Provisor Vicario General, *Dr. Ramón Barberá.*

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA.

### **Circular.**

En virtud de lo dispuesto por S. S. I., el Obispo mi Señor, en su circular de 30 de Noviembre último, encargamos á los Sres. Curas párrocos y ecónomos, que estimulen á sus respectivos feligreses á que contribuya cada uno con *diez céntimos de peseta* para ofrecer á S. S. un aguinaldo en el día de sus *Bodas de oro*, aprovechando las próximas fiestas para hacer la colecta entre las personas que asistan á la Misa mayor, ó valiéndose de otro medio que les sugiera su prudencia y facilite la cuestación.

S. S. I. desea que, inmediatamente después de la fiesta de la Epifanía, den aviso en la Habilitación del Clero de la suma recaudada, para que pueda recogerla el tesorero de la Junta diocesana, nombrada al efecto.

Con dicha Junta se entenderán después para entre-

gar la limosna destinada á regalar al Papa un objeto de arte, como recuerdo de los católicos salmantinos.

Salamanca 13 de Diciembre de 1886.

*Dr. Pedro García Ropila.*

---

## BODAS DE ORO DEL PAPA.

*Junta diocesana de Caballeros.*

Sr. Canónigo Magistral, Presidente.

Sr. D. Enrique Maldonado, Vocal.

Sr. D. Gerardo Vázquez de Parga, id.

Sr. D. Juan Tapia Nieto, Tesorero.

Sr. D. Lorenzo Velasco, Secretario.

*Junta diocesana de Señoras.*

Excmo. Sra. Marquesa de Villa-Alcázar, Presidenta.

Sra. D.<sup>a</sup> Celestina Colina.

Sra. D.<sup>a</sup> María Martín Ramos.

Sra. D.<sup>a</sup> Emilia Blancó de Vázquez, Tesorera.

Sra. D.<sup>a</sup> Rosa Secall, Secretaria.

## RESÚMEN

**de las disposiciones vigentes sobre quin-  
tas que interesan à los ordenados.**



De las disposiciones publicadas en este BOLETIN en 21 de Setiembre de 1885, resulta que no pueden recibir Órdenes sagradas:

1.<sup>º</sup> Los mozos declarados soldados que han cubierto cupo y que ingresaron en Caja, durante el tiempo

que permanezcan en sus casas, el cual no podrá prolongarse más de un año.

2.<sup>º</sup> Estos mismos cuando sean destinados á prestar el servicio en los cuerpos activos.

3.<sup>º</sup> Los que habiendo servido tres años en cuerpos activos ó secciones armadas pasen por otros tres años á la reserva activa ó con licencia ilimitada.

4.<sup>º</sup> Los declarados útiles condicionales y estén sujetos á observación médica hasta tanto que definitivamente sean declarados inútiles para el servicio. Los sujetos á revisiones periódicas hasta la última en que sean dados por inútiles.

*Pueden recibir Ordenes sagradas en su tiempo canónico.*

1.<sup>º</sup> Los que sujetos á observación médica, ó á revisiones periódicas fuesen declarados inútiles si, por irregularidad, no lo son para el Sacerdocio.

2.<sup>º</sup> Los que habiendo servido tres años en cuerpos activos y otros tres en la reserva activa, se hallan en la segunda reserva por otros seis años.

3.<sup>º</sup> Los mozos ó reclutas excedentes de cupo á los dos años de hallarse en esta situación, ó sea desde un año después que se verifique un nuevo sorteo ó llamamiento, pues en todo ese tiempo están obligados á cubrir las bajas normales que ocurran en los cuerpos armados.

4.<sup>º</sup> Los reclutas que, como los anteriores, estén en situación de depósito por haber redimido á metálico, ó se hayan sustituido individualmente, unos y otros desde el momento que lo acrediten; y los que por razones de familia y por cortedad de talla sean destinados definitivamente á la situación de depósito. Si los

reclutas de estas dos últimas clases quedasen sujetos á nuevas justificaciones periódicas de las razones de familia, ó á nuevas mediciones respectivamente, no podrán ordenarse hasta que, dejando de estar sujetos á la revisión de sus excepciones, sean destinados á la cuarta situación ó sea de depósito.

(*B. E. de Calahorra.*)

---

### NECROLOGÍA.

---

En 1.<sup>o</sup> de Diciembre de 1886, falleció D. Diego Hernández Montes, Párroco de Sta. Elena de Ledesma. Pertenecía á la Hermandad de Sufragios Mútuos del Clero con el núm. 212.

El dia 10 del mismo falleció el Presbítero D. Francisco Elias Aparicio, Canónigo de la Sta. Iglesia Catedral de Ciudad Rodrigo. Pertenecía á dicha Hermandad con el núm. 552. Los Socios aplicarán una misa y tres respondos, por el alma de dichos Señores.

R. I. P.

---

## XV CENTENARIO DE **LA CONVERSION DE SAN AGUSTIN.**

---

### CERTAMEN CIENTÍFICO, LITERARIO Y MUSICAL

*que, para solemnizar tan fausto acontecimiento abre al público la Provincia del Santísimo Nombre de Jesús, de PP. Agustinos de Filipinas.*

En 1887 va á cumplirse el XV CENTENARIO, desde el año en que el glorioso Patriarca y Doctor máxi-

mo SAN AGUSTÍN regocijó á la Iglesia por su regeneración espiritual en las aguas del Bautismo. La voz de San Ambrosio, disipadas las nieblas que envolvían al prodigioso ingenio de Aurelio, entona el *Te-Deum laudamus*, al derramar sobre su cabeza las aguas regeneradoras. Vivirá eternamente en la memoria de todos la conmovedora escena que, bajo la histórica higuera de Milán, obrara la gracia, acallando la imperiosa voz de mal reprimidas pasiones. Desde aquel dichoso momento cesan las perplejidades é inquietudes de Agustín, quien, sintiéndose enteramente transformado, aborrece lo que antes amaba y ama lo que antes aborrecía, entrando de lleno en el camino de la verdadera ciencia, que con tan vivas ansias había buscado hasta entonces. Innecesario sería recodar las glorias y triunfos de Agustín, luchando siempre y en todos los terrenos por los sagrados feros de la verdad: conocidos son de los sabios que le tienen por Guía y Maestro, admirados por los ignorantes que le contemplan circundado de la más esplendente gloria y encomiados por la Iglesia, que le reconoce por su más ilustre Doctor.

Al acercarse, pues, este memorable CENTENARIO, todo católico debe rendir á tan glorioso Sabio justo homenaje de admiración y respeto. *La Orden Agustiniana*, más obligada que nigún otro, prepara un SOLEMNE TRIDUO en todos sus Conventos y Colegios, que se celebrará en los días 3, 4 y 5 de Mayo de 1887, y abre hoy al público un *Certamen científico, literario y musical*, que habrá de verificarse el 4 del mismo mes y año, en el grandioso MONASTERIO DEL ESCORIAL, resto admirable de nuestra antigua grandeza.

Vasto es el campo, numerosos y variados los temas que se presentan, y si bien es corto el tiempo que resta (circunstancia que se tendrá presente para la adjudicación de premios), no por eso dejarán de romper una lanza en tan honrosa justa tantos y tan sabios admiradores como el hijo de Mónica cuenta en el mundo católico.

Los temas acerca de los cuales han de versar los trabajos y los premios que se adjudicarán, son los siguientes:

**PRIMER PREMIO.** *Una colección de medallas acuñadas durante el pontificado de Nuestro Santísimo Padre León XIII. (Del Excmo. Sr. Nuncio Apostólico en España.)*

**TEMA.** *Estudio sobre la doctrina de San Agustín acerca del modo con que conocemos todas las verdades en Dios.*

**SEGUNDO PREMIO.** *Medalla de oro, conmemorativa del Centenario. (De la provincia del Santísimo Nombre de Jesús de Padres Agustinos filipinos.)*

**TEMA.** *Doctrina de San Agustín acerca de la Filosofía de la Historia en parangón con las antiguas y modernas escuelas históricas. (Estudio en prosa.)*

**TERCER PREMIO.** *Escrivania de plata de todo lujo. Regalo del Ilmo. Sr. Dr. Don Vicente Pontes Cantelar, Agustino, Obispo de Guadix.)*

**TEMA.** *Doctrina de San Agustín acerca de la belleza, ó ideas que según el Santo deben presidir á todo trabajo estético. (En prosa.)*

**CUARTO PREMIO.** *Un ejemplar lujosamente encuadrado de las obras de San Agustín: edición de Venecia. (Regalo del Excmo. Sr. Dr. D. Benito*

Sanz y Forés, Arzobispo de Valladolid, Agustino Terciario.)

TEMA. *Disertación histórica acerca de la influencia del Santo en el desenvolvimiento de la Teología católica, determinando las fases que ha tenido y formando juicio de ellas.* (En prosa.)

QUINTO PREMIO. *Un ejemplar de la Flora de Filipinas del Padre Blanco, Agustino; edición de todo lujo en seis tomos en folio, ilustrada con magníficos cromos.* Obra premiada en la última Exposición universal de Amsterdam. (Regalo del Convento de San Pablo de Padres Agustinos de Manila.)

TEMA. *Estudio de la doctrina del Santo acerca de la Creación, ateniéndose especialmente á lo que expone en la obra DE GENESI AD LITTERAM, y comparación de esta doctrina con las modernas teorías cosmogónicas.* (En prosa.)

SEXTO PREMIO. *Un ejemplar lujosamente encuadernado de las obras del Santo:* edición regia de París. (Regalo del Real Monasterio de Padres Agustinos del Escorial.)

TEMA. *Estudio comparativo del sistema filosófico de San Agustín y Santo Tomás.* (En prosa.)

SÉPTIMO PREMIO. *Medalla de plata conmemorativa del Centenario y un ejemplar lujosamente encuadernado de la CIUDAD DE DIOS, de Nuestro Padre San Agustín.* (Regalo del Real Colegio de Padres Agustinos de Valladolid.)

TEMA. *Teoría político-social de San Agustín.* (En prosa.)

OCTAVO PREMIO. *Un objeto artístico de plata, trabajo de Filipinas, y medalla de plata.* (Regalo del Real Colegio de Padres Agustinos del Escorial.)

TEMA. *Los Agustinos en Filipinas. Sus relaciones con la civilización y dominación española.* (En prosa.)

NOVENO PREMIO. *Precioso lirio de plata.* (Regalo del Excmo. Sr. Dr. D. Tomás Belestá, Obispo de Zamora.)

TEMA. *Harmonía de la libertad con la gracia, según la doctrina de San Agustín y del Angélico Maestro,* (En prosa.)

DÉCIMO PREMIO. *Pluma de oro.* (Regalo del Ilmo. Sr. Dr. D. Fray Tomás Cámara, Agustino, Obispo de Salamanca.)

TEMA *Leyenda en verso acerca de la conversión de San Agustín.*

UNDÉCIMO PREMIO. *Lira de plata.* (Regalo del Imperial Colegio de Padres Agustinos de La Vid.)

TEMA. *Oda á San Agustín.*

DUODÉCIMO PREMIO. *Servicio de escritorio de plata sobredorada.* (Regalo de la Redacción de la *Revista Agustiniana*.)

TEMA. *Oda á Sta. Mónica, madre de S. Agustín.*

DÉCIMOTERCIO PREMIO. *Preciosa batuta de plata y las obras musicales del Padre Aróstegui, Agustino.* (Regalo del Colegio de Padres Agustinos de Gracia.)

TEMA. *Te-Deum solemne á toda orquesta.*

DÉCIMOCUARTO Y DÉCIMOQUINTO PREMIO. Se adjudicarán dos medallas de plata á los mejores trabajos, uno en prosa y otro en verso, ambos de tema libre, aunque directa ó indirectamente relacionados con San Agustín ó su Orden. (Regalo de las Misiones de Padres Agustinos de China.)

**B A S E S .**

— — —

1.<sup>a</sup> Se exige como condición precisa para optar al premio, que los trabajos estén conformes con la doctrina católica.

2.<sup>a</sup> El premio se adjudicará al mérito absoluto, pudiendo en consecuencia quedar sin adjudicarse.

3.<sup>a</sup> A cada premio acompañará diploma de honor. Se adjudicará también un *accessit* al trabajo, que en cada tema se acerque más en mérito al premiado. Consistirá en medalla de plata y diploma de honor para los correspondientes á los premios primero, tercero, cuarto, quinto, sexto y undécimo, y en medalla de cobre y diploma de honor para los restantes.

4.<sup>a</sup> Los temas 1.<sup>º</sup>, 4.<sup>º</sup> y 9.<sup>º</sup> pueden escribirse en castellano, latín, francés ó italiano; el 5.<sup>º</sup> en castellano, francés ó italiano, y todos los demás han de estar escritos en castellano.

5.<sup>a</sup> Los trabajos, ensayos, Memorias, etc., han de ser originales é inéditos, y se enviarán sin firma, con un lema que los distinga y acompañados del nombre y dirección del autor, bajo sobre cerrado y lacrado, en el cual se repetirá el lema y se expresará el premio á que se opta. Deberán dirigirse al Reverendo Padre Rector del Real Monasterio del Escorial antes de las doce de la noche del dia 10 de Abril, en que se cierra el plazo de admisión. Se entregará recibo á quien le solicite, expresando el lema.

6.<sup>a</sup> Se publicarán en algunos *Diarios* de la Corte del 30 de Abril los lemas de los trabajos, que hayan obtenido premio ó *accessit*. El dia 4 de Mayo se cele-

brará el acto del Certámen y distribución de premios. Los sobres que acompañen á los trabajos premiados se abrirán ante el público, leyéndose el nombre de los autores, y se inutilizarán los correspondientes á los no premiados.

7.<sup>a</sup> La *Comisión organizadora* del Centenario se reserva el derecho de propiedad de todas las obras que se presentaren, y si creyere oportuno publicarlas, el autor será agraciado con 50 ejemplares de su obra, entrando en el pleno goce de sus derechos transcurridos que fueron ocho meses, á contar desde la publicación. Si la Comisión, en el espacio de cuatro meses, que se contarán desde el 5 de Mayo, no publicase la obra, quedará el autor en libertad de hacerlo.

8.<sup>a</sup> y última. No podrán optar á los premios los individuos de la Orden.

Real Monasterio de San Lorenzo del Escorial, á 8 de Diciembre de 1886.

El Presidente de la Comisión, *Fr. Eustasio Esteban,*  
*Fr. Eduardo Navarro.* SECRETARIO.